

*10. Instrumentum venditionis di
Adelaya in favore di Tommaso Sacco*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*10. Instrumentum venditionis di
Adelaya in favore di Tommaso Sacco*

1268-06

(c. 63r) † Anno dominice incarnationis millesimo <ducentesimo> sexagesimo ottavo, regnante domino nostro Carolo Dei gratia rege Sicilie, ducatus ducatus Apule# et principatus Capue, Andegavie et Forcalquerii comite, regni vero eius anno tertio feliciter amen, mense iunii, undecime inditionis.

1

In presentia Mattei de sire Constantio regii iudicis Potentie [et] testium subscriptorum, Adelayta mulier, filia quondam Rogerii de presbitero Scocto, civis Potentie vendidit et traddidit Aborcasto Sacco, civi eiusdem terre, petiam unam terrarum sitam in tenimento Potentie, in contrata q[u]e dicitur Vallone de Donna Marsilia, his finibus circumdatam: ab uno latere tenet Baldus de Hierusalem; ab alio latere tenet Ioannes de Ogone et a du[obus] lateribus tenet mayor ecclesia Potentina. Hanc autem petiam terrarum, [ut] dixit, prescriptis finibus circumdatam per designata latera qu[atuor], una cum omnibus accessionibus et ingressionibus suis ditta Adelaya ditto [Thomasio] vendidit et traddidit; pro qua recepit ab eo nomine pretii uncias auri sexdecim, totum videlicet pretium ipsius venditionis, quapropter dedit et traddidit eam eidem Thomasio quam heredibus suis liberam cumh omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi et permutandi nec non [et] quocumque modo voluerit alienandi petiam predittarum terrarum. Insuper repromisit ei et heredibus suis eam defendere et

La data è stata restituita coniugando i dati forniti dall'indizione e dall'era regni (considerando il computo per anni interi dal 6 gennaio 1266), con l'esame delle caratteristiche diplomatistiche dell'atto.

guarentire contra omnes homines qui eum et heredes suos de preditta petia terrarum molestare vel inquietare tentave[rin]t more iudiciorum; et si prefata Adelaya vel sui heredes vel aliquis [p]er se vel per suos heredes contra predittum Thomasium vel suos heredes de preditta petia terrarum aliquo tempore venerint vel eam sibi deinceps calumpniati fuerint seu per quodlibet ingenium eam ab eis repetere et subtrahere quesierint aut eam // (c. 63v) eis defendere et guarentire ab omnibus hominibus, ut supra dittum est, noluerint more iudiciorum, debeant componere viginti augustales auri nomine [pene], medietatem preditto emptori vel heredibus suis et alteram medietatem re[g]linali curie, preditta venditione nihilominus rata perpetuo permanente. Preterea mediam sibi dedit et fideiubssorem ei posuit sire Constantium de Vessoni; et ad maiorem cautelam ditta Adelaya iuravit ad santa Dei evangelia contra predittam venditionem nullo tempore se venturam, sed eam ratam et firmam perpetuo [ha]bituram.

2

3

4

5

Et taliter ego Ioannes de Gonnella puplicus Potentie notarius [presens] instrumentum venditionis scribsi qui interfui et meo signo / [signa]vi. (SN) Ego qui supra Matheus regius iudex PotentiePotentie Ego Guillelmus

Così S qui, sotto Adelaya

Così S qui, sotto Thomasio

Così S per tam

Così S per guadium

de Biundus interfui Ego Miccholus Scettus interfui Ego
[D]ionisius Gall(ic)i orificis interfui

6

7

8

Così S qui, nella nota testium Brundo
Così S qui, nella nota testium Sacco
Dubito dello scioglimento